B. CHRISTIANI WILDVOGELII

JCTI CELEBERRIMI
SERENISS. DVCIS SAXO-ISENACENSIS CONSILIARII
STATVS INTIMI, CVRIAE PROVINCIALIS ET SCABINATVS NEC NON FACVLT. IVRID. ADSESSORIS
GRAVISSIMI ET ANTECESSORIS
FAMIGERATISSIMI

COMMENTATIO
DE
FEVDO SCVLTETICO
Vom
Schultzen-Lehn.

Biblioteca Nazionale NAPOLI V.E. III

Conte di Camaldoli

IENAE
REC. LITTERIS IO. CHRISTOPH. TENNEMANNI.
1748.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTVS
HVIVS
DISSERTATIONIS.

Diuerſa antiquorum iudiciorum in Germania facies declaratur Th. 1. 2.

Mutatio illorum inſequentibus temporibus, & diuerſae eius cauſae & epochae recenſentur Th. 3.

Ex his iudiciis antiquiſſimum fuit Scultetorum. Th. 4.

Triplex potiſſimum Scultetorum ſignificatio expenditur. Th. 5. 6. 7.

Etymon vocis Sculteti & ſynonymia deducitur. Th. 8. 9. 10. 11.

Definitio Sculteti exponitur. Th. 12.

Tranſitio ad feuda Scultetica ſit. Th. 13.

Modum huius conceſſionis feudalis eſſe antiquiſſimum notatur. Th. 14.

Germania iſtorum feudorum appellatio antiqua & recens Th. 15.

Definitio feudi Scultetici realis traditur. Th. 16.

Scultetia quid ſit. ibid.

Quousque pateat poteſtas & iurisdictio Sculteti & an competat in vias publicas. ib.

Feudum Sculteticum eſt quidem improprium, ſed tamen verum. Th. 17.

Eſt feudum Ambtſaſſium. ibid.

An poſſeſſor feudi Scultetici poſſit comparere in diaetis prouincialibus? ibid.

Feuda Scultetiae olim ab Imp. collata ſunt. Th. 18.

Digitized by Google

Hodie Princeps territorii talia feuda confert. Th. 19.

An conceſſio iſta obliget ſucceſſorem & quomodo ſit interpretanda? ibid.

Quatenus Nobilis Scultetum infeudare poſſit? Th. 20.

Scultetus quomodo debeat eſſe comparatus. Th. 21.

An Nobilis talia feuda poſſidere poſſit? Th. 22.

An ruſticus? Th. 23.

An quis inuitus ad inueſtituram eius recipiendam cogi poſſit? ibid.

An incola praeferendus extraneo? ibid.

Modus conferendi & acquirendi declaratur. Th. 24.

Clypeus militaris quid olim fuerit. ibid.

Feudum Sculteticum an praeſcriptione acquiri poſſit. Th. 25.

Natura feudi Scultetici declaratur & an vaſallus cum iſto inueſtitus inter Pares Curiae ſit numerandus? Th. 26.

Obtinet etiam in talibus feudis ſucceſſio. Th 27.

Singulari conſuetudine Saxoniae filio natu minori feudum illud aſſignatur. Th. 28.

Obtinet ſucceſſio feudalis vltra quartum gradum in feudis Scultetiae, & explicatur textus Landr. Lib. III. art. 52. *ratioque eius expenditur.* Th. 29.

An agnatis ſimultanea inueſtitura in illis feudis ſit concedenda? Th. 30.

An poſſint in illis feudis ſuccedere? Th. 31. 32.

Fructus feudi Scultetici in quibus conſiſtant. Th. 33.

Effectus ſpeciatim recenſentur. Th. 34. & ſeqq.

In ſpecie cura circa paſcua ac campos deſcribitur. Th. 37.

Autoritas & ſuffragia Sculteti in praeſentationibus ac vocationibus. Th. 38.

Poteſtas Sculteti in ſecularibus & iudicialibus declaratur. Th. 39.

Circa actus contentioſae iuriſdictionis Th. 41.

Specialia quaedam huius feudi circa ſubinfeudationem, transmiſſionem & renouationem inueſtiturae recenſentur. Th. 42.

Digitized by Google

THES. I.

Iudiciorum in Germania quondam non aequalem fuiſſe faciem, rerum Germanicarum & Francicarum ſcriptores abunde declarant. Ac initio quidem pagis ſeu regionibus, in quales diſtrictus antiquitus tota diuidebatur Germania, Principes praefuiſſe, eosque inter ſuos dixiſſe ius, & minuiſſe controuerſias, Caeſar indicat *Lib. VI. de Bell. Gall. cap. 23.* Et TACITVS *de Morib. German. cap. 12.* memorat, fuiſſe Principes, qui iura per pagos vicosque reddebant iisdemque Comites ex plebe datos fuiſſe. Conſtituto dein Francorum regno in Germania, de rebus quidem maioris momenti in publicis ordinum conciliis ſeu comitiis cognoſcebatur; Minorum vero cauſarum iudicium penes Epiſcopos, Legatos regios aliasque perſonas reſidebat, prout late deducit CONRING. *de Rep. Germ. Exerc. VI. Theſ. 21. & ſeqq.*

THES. II.

Cauſſas vero ac controuerſias priuatorum quod attinet, in ſingulis quidem pagis, quos Govas dicebant,

Digitized by Google

bant, ordinarii harum litium iudices fuerunt, qui Grauiones, aut ex more romano Comites dicebantur, MYLER. *Archol. cap. 6. th. 12.* vna cum Aſſeſſoribus ſuis ac Scabinis, STRVV. *Diſſer. de Ducib. & Comit. Imp. ſub praeſidio* CONRING. *habita. theſ. 15. 16.* Porro cum iſtae Gouae ſeu pagi ſatis late paterent, neque adeo cuiuis Grauioni liceret iudiciis intereſſe, vel propter valetudinem vel alia impedimenta, iam tum Comitum vicarii inſtitui coeperunt, qui iudiciis, Comitum vice praeeſſent, teſte CONRING. *d. Exerc. VI. th. 25. & ſeqq.* Diſerte de hoc more refert LEHMANN. *Chron. Spir. Lib. VI. cap. 2.* ibi: Die andere Eigenſchafft iſt, daß das Regiment der fürnehmſten Reichs-Städte neben den Graffen beſeſſen ein Schultheiß und *Praepoſitus*, als deſſen *Vicarius* und etliche Schöpfen nach Gelegenheit der gantzen Stadt und gantzen Gaues, welche von Adel oder Frey-Bürger geweſen, und von der Gemeine dazu erwehlet worden, denn einer oder mehr, benebenſt den Grafen denen Reichs-Verſammlungen beywohnen müſſen. Add. RHENAN. *Rer. German. lib. II. Rubr. Stat. Gall. & German. fol. 169.* VADIAN. *in Alemann. Tom. III. fol. 25.*

THES. III.

Obtinuit quidem haec ipſa iuris dicendi ratio diutius in Germania, ſed in ſequentibus temporibus multum fuit immutata. Nec cauſſae huius mutationis politicae in obſcuro eſſe poſſunt: Sicuti enim potiſſima Maieſtatis ciuilis pars in poteſtate legislatoria & iudiciaria conſiſtit, ita facile patet, quod pro varia regiminis forma, quae inde a Carolingicis temporibus in Germania per varias temporum periodos inua-

Digitized by Google

inualuit, ſtatus iudiciorum multipliciter fuerit inuerſus. Conf. MANZIVS *de Ortu & Progreſſu Imp. Rom. Part. I. tit. 8. §. 6.* Maxime haec mutatio iurisdictionalium coepit eo tempore, quo Comitum in Germania poteſtas creuit haereditaria illorum dignitate, ſub Ottonibus praecipue facta. vid. BVRGOLD. *ad Inſtr. Pac. P. I. Diſ. 21. membr. 2.* Et vltima denique quaſi iuris epocha inducta fuit, poſtquam ſuperioritas ſtatuum territorialis lege publica eſt fundata, per quam ſuprema in cauſis, tam ſecularibus quam eccleſiaſticis, ciuilibus ac criminalibus ſtatuendi poteſtas ad Status deuoluta & manui illorum plenius fuit ſuppoſita. Conf. MEIER. *de Iur. ſtat. Legiſlat. Cap. IV. §. 10. ſeqq.* Hoc ipſum proinde effecit, vt iudicia, olim propriis Comitum tractata manibus, deinde aliorum vicariae committerentur curae, & varii pro re nata conſtituti fuerint iudices, tam ordinarii, quam extraordinarii, & varia quoque illis poteſtas tribueretur, qua iura litigantibus redderent. Conf. SCHWED. *Introduct. ad Ius Publ. Part. ſpec. Sect. II. §. 10.*

THES. IV.

Ex his diuerſis iudiciorum Germaniae ſpeciebus illud ſane antiquiſſimum & maxime frequentatum occurrit, quod illa per SCVLTETOS publice conſtitutos exercebantur. Non ſolum enim horum obuia eſt in Speculo Iuris Saxonici & Sueuici mentio, ſed etiam rerum Germanicarum & Francicarum ſcriptores multam illorum commemorationem iniiciunt. Vid. LANDR. *lib. I. art. 59.* WEICHB. *art. 18.* Add. BESOLD. *Lib. IV. Conſ. 180. n. 177.*

Digitized by Google

THES. V.

Eſt autem triplex potiſſimum Sculteforum ſignificatio, iuxta ſtylum & conditionem diuerſorum temporum bene diſcernenda. Prima eſt, quae antiquioribus Germanorum temporibus obtinuit, & potiſſimum ex legibus Longobardicis & Capitulationibus Regum Francorum eſt deducenda. Erat autem hoc iure Scultetus, ſiue tunc dictus *Schuldeſius*, quidam loci Praepoſitus, ſuo tamen Comiti ſubiectus, cum quadam in pagenſes ſuos commiſſa iuris poteſtate. *Leg. Longob. Lib. I. tit. 17. l. 10.* Add. SAGITTAR. *Antiquit. Ducat. Thuring. Lib. IV. cap. II. §. 4.* Conſtituebantur nimirum olim Sculdeſii ex arbitrio Comitum ac proinde iisdem erant ſubiecti, atque vnus Comes plures ſub ſe habebat Sculdeſios, vti probatur ex legibus Longobardicis, *lib. II. tit. 41. l. 2.* ibi. *Si homines ſub vno iudice de duobus tamen Sculdais, cauſam habuerint, ille qui pulſat, vadat cum miſſo aut epiſtola de ſuo Sculdaſio ad illum alium Sculdaem ſub quo ipſe eſt, cum quo cauſſam habet.* Inde & Gloſſa *in textum Landr. Lib. III. art. 53.* initio: Auch von den Richtern, welche die Grafen ferner ſetzen, und die Schultheißen genennet werden. Atque in illis textibus duplices notantur Sculteti; Alii erant temporarii, pro neceſſitate temporum a villicis electi, maxime in cauſis criminalibus, qui in ſpecie Baur-Meiſter dicebantur: Alii perpetui, qui a Comite ſubinfeudati, propriam quodammodo iurisdictionem exercebant, atque hi in ſpecie Sculteti appellabantur. Vid. THOMAS. *Diſſert. de Differ. Magiſt. th. 78. & ſeqq.* Erat ergo hoc ſenſu proximus poſt Comitem Scultetus, & hunc ſequebatur Vogt, aliique iudiciorum adminiſtri, prout ordines

dines & praerogatiuas haſce exponit textus in Landrecht. *Lib. III. art. 64.* ibi: Dem Schultheißen wetten ſeine Bauer-Gülden, acht Schilling. Dem belehnten Voigt, der des Königs Bann nicht hat, den wettet man drey Schilling zum höchſten. Dem Gografen ſechs Pfennig oder einen Schilling. Dem Bauermeiſter wettet man ſechs Pfennig. Confer. COLER. *d. Proc. Exec. Part. II. cap. I. n. 126. ſeqq.*

THES. VI.

Altera ſignificatio Scultetorum eſt illius temporis, quo ſtatus & forma Reipub. Romano-Germanicae aucta fuit vel imminuta. Atque hunc pertinent Sculteti Imperiales, qui in Ciuitatibus Imperialibus iura & iurisdictionem Caeſaris obſeruarent, & vocantur Reichs-Schultheißen, de quibus extat textus in Landr. *Lib. III. art. 52.* ibi. Der Keyſer mag aber in allen Landen nich geſun, noch auch alle Ungericht richten zu aller Zeit, und darum ſo leihet er den Fürſten Fahnen-Lehn und Grafſchafften, und denen Graffen ihr Schultheißthum, daß ſie und die Schuldtheißen mögen fort richten an ſeiner ſtatt. vid. GOLDAST. *Tom. II. Antiq. Alem. fol. 162.* LEHMANN. *in Chron. Spir. Lib. II. cap. 22.* Atque hi poſtea Aduocati dici coeperunt, quaſi defenſores iurium caeſareorum, MAGER. *de Aduoc. cap. 2. n. 210.* Id quod accreſcenti Statuum potentiae attribuendum exiſtimamus, quorum ſuperioritati iurisdictionali inuidioſum nomen Sculteti imperialis videri poterat. Vnde etiam illorum Scultetorum nomen atque officium in plerisque ciuitatibus deſiit, & veſtigium tantum in quibusdam extare cenſetur. Vid. BESOLD. *Theſ. Pract. voce* Reichs-Vogt. Ab

hiſce originem traxiſſe videntur die Stadt-Schultzen, qui in nonnullis locis repraeſentant totam vrbem, & iidem ſunt qui Praeſides iudicii. Vid. FRITSCH. *in Tract. de Stat. & Iur. Pagor. German. cap. 10. n. 6.* CRVSIVS *Annal. Suev. lib. IV. p. 3.* HARTVNG. *Diſſert. de Scult. Pagan. §. 7.*

THES. VII.

Tertia denique ſignificatio eſt illa, quae ex vſu hodierno inualuit, qua vocabulum Sculteti ſimpliciter poſitum denotat praecipue iudicem aliquem vel antiſtitem paganicum, qui cum aliqua praeeſt poteſtate ſuae vniuerſitati. Vid. SECKENDORF. in Fürſten-Staat *Part. II. cap. I. n. 132.* qui hodiernos noſtros pagorum Scultetos cum Gograefiis veteribus comparandos eſſe ſtatuit. Habebant enim, vti ex ſupra traditis conſtat, Gograefii propriam quandam iurisdictionem, quam vel ipſi, vel per ſuos Vicarios exercebant. Et hodie quoque in iudiciis Weſtphalicis diſtincta ſunt officia Gograefiorum & Sculteţorum in pagis, der Vogte, vti ibidem frequentius appellantur, & in textibus iuris Saxonici vocantur Baur-Meiſter. Conf. Gloſſa *in textum Landr. Lib. I. Art. 55. it. Lib. III. art. 53.*

THES. VIII.

Dictos autem volunt Scultetos ab exigendo, eo, quod hi olim exactiones tributorum, multarum &c. habuerint, nimirum davon daß ſie die der geiſtlichen oder weltlichen Obrigkeit gebührende Schulden gefodert oder geheiſchet. Vnde in Legibus Longobardicis *Lib. I. tit. l. 2.* habetur: *Si quis in eccleſia ſcandalum*

dalum perpetrauerit; quadraginta ſolidis ſit culpabilis. Et praedicti XL. ſolidi per Sculdaſium aut iudicem, qui in loco ordinarius fuerit, exigantur, & in ſacro altari, vbi iniuria facta fuerit, ponantur. Vid. SAGITT. *Antiquit. Ducat. Thuring. Lib. IV. cap. 2. §. 1.* Inde & LEHMANN. *in Chron. Spir. Lib. II. cap. 22.* ait: *Videtur etymon vocis eſſe, a debito iubendo, quod ſcil.* Schuldtheiß *debitoribus imperet, vt creditoribus ſuis ſatisfaciant. Non tamen habuit plenam iurisdictionem, ſed Comitum poteſtati obnoxius erat.*

THES. IX.

Nomina, quibus Sculteti iſti indigitantur varia occurrunt notatu digna. Quandoque enim *iudices* dicuntur, vti eſt in diplomate quodam Ottonis Imp. apud BARONIVM, *Tom IX. p. 5.* ibi: *Nullus Marchio, Comes aut Vice-Comes, Sculdeſius, vel quilibet ex iudiciaria poteſtate.* Quandoque a iudicibus diſtinguuntur, vti habent Leges Longobardicae *Lib. I. tit. 41. l. 4. Si quis cauſam habuerit, aut Sculdais, aut iudex ei ſecundum edicti tenorem per legem indicauerit.* Per iudices enim proprie intelligebantur Scabini ſeu Aſſeſſores Comitum aut Praefectorum. LEHMANN. *Chron. Spir. L. II. cap. 22.* it. THOMAS. *Diſſert. de Iurisd. & Magiſtr. diſfer. Sec. Mor. German.* Dicitur porro *Scultais*, *Sculdais*, *Sculdalis*, it. *Sculdaſius*, prout eſt in legibus Longobardicis *Lib. I. tit. 4. l. 1.* ibi: *Si quis cauſam habuerit, & Sculdaſio eam adduxerit, & Sculdaſius iuſtitiam ei intra quatuor dies facere neglexerit.* Idem PAVLVS WARNEFRIDVS *Hiſtor. Longobard. Lib. VI. cap. 24.* ſcribit: *Rector loci, quem Scultais vocant.* VITRIAR. *Inſt. Iur. Publ. lib. IV. tit. 3. §. 7.* Germanico idiomate in Legibus antiquis Saxonicis vocantur Schulteßen. Landr. *Lib. I.*

 art. 2.

Digitized by Google

art. 2. ibi: Die Pfleghafften ſind auch pflichtig das Schulteßen Ding zu beſuchen. Item nominantur Schuldtheiſſen. *Lib. II. art. 22.* ibi: Wo ein Mann ſein Gezeigniß vollkommen, ſoll mit den Schuldtheißen oder mit den Fron-Boten oder mit den Schöppen, da ſoll der Richter ꝛc.

THES. X.

Propius ad inſtitutum noſtrum accedit appellatio iuris Saxonici, qua iſte *Magiſter ruſticorum* dicitur der Bauer-Meiſter. Landr. *Libr. I. art. 2.* ibi: Die Landſaßen die kein eigen haben in den Land, die ſollen ſuchen ihres Gograffen Ding, darinnen und in jeglichen Vogt Ding ein jeglicher Baur-Meiſter rügen und fragen ꝛc. Appellantur etiam Ding-Grafen, in Gloſſa Landr. *Lib. III. art. 53.* ibi: Ein Grafe aber bedeut nach alten Sächſiſchen Deutſchen einen Richter, darumb haben dieſen Nahmen viel unterſchiedene Richter. Etliche heißen Gografen, das iſt ſo viel als Gehe-Richter, welche man in der Eile wehlet: Etliche Ding-Grafen, welche ſind die Baur-Meiſter. it. Appellantur belehnte Vögte. Landr. *Lib. III. art. 64.* qui ſcil. Sculdeſiam ſaepius iure feudi tenebant. It. Dorff-Meiſter. COLER. *dec. 161. n. 30.*

THES. XI.

Iure ac conſuetudine hodierna appellantur frequentius Bauer-Meiſter. STRYCK. *de Caut. Teſtam. cap. 13. §. 3.* Richter. It. Vögte in denen Dörffern, maxime in Weſtphalia. Quanquam in Saxonia ſuperiori frequentior ſit appellatio, Dorff-Schultze it. Ampts-Schultze, it. Dorff-Schultheiße. TABOR de *Teſtam.*

ſtam. Princip. Oblat. cap. 5. §. 6. Item nominantur *villarum Syndici.* Dorff-Vorſteher, it. Vormunden COLER. *de Proc. Execut. Part. II. cap. I. n. 132.* quaſi defenſores ac tutores Vniuerſitatis publici, qui iura eiusdem tueantur, ac contra alios defendant; non enim niſi iurati, tam Sculteti, quam eius Scabini, ad hoc officium publicum admittuntur. STRYCK. *cit. cap. 13. §. 23.*

THES. XII.

Patet ergo ex hactenus traditis, nomen Sculteti denotare dignitatem ac praeeminentiam inter ſuos, cum diuerſa tamen iuris poteſtate inſtructam, prout nimirum forma cuiusque prouincialis regiminis variat. Ac proinde nobis hoc loco nihil aliud ſignificat, quam *perſonam publicam, quae a ſuperiore legitimo modo inter ruſticos eſt electa, & publicus quaſi antiſtes, ac quandoque iudex inter illos conſtituta.* Sunt ergo Sculteti noſtri paganici, quaſi vicarii Praefectorum, derer Amt-Leute. Et quidem olim debebat talis eſſe perſona libera ac ingenua, ex illa Sultetiae diſtrictu oriunda, cui praeſideret, vti eſt textus in Landr. *Lib. III. art. 61.* ibi: Es mag niemand Schultheiß geſein, er ſey denn frey und von Lande gebohren, da das Schultheißthum oder Gericht innen lieget. Et quidem primum requiſitum facile moribus hodiernis congruit; alterum vero vt eiusdem diſtrictus ſit; accurate non ſeruatur, licet ex rationibus politicis vtile ſit, talem ad hoc munus eligere, vtpote, qui magis iura vniuerſitatis ſcire praeſumitur, quam extraneus, praeſertim cum illa ſaepius magis per manus ſint tradita & conſuetudine fundentur, quam iure ſcripto.

Refertur vero Scultetus ad perſonas publicas, ob publicam, quam exercet, nomine Principis inter ſuos, poteſtatem, *arg. l. vlt. ff. ad municip.* Inde etiam iniuria eidem ratione officii illata ab ipſo Principe vindicari poteſt. *arg. l. 15. §. 48. ff. de iniur.* GAIL. *d. Arreſt. Imp. cap. 8.* Cenſetur tamen ratione perſonae ſuae ſubiectus praefecto loci, qui iura veteris Comitis iudiciarii quodammodo ſuſtinet, cui & olim Scultetus ſuberat. Adeoque forum eius in cauſis tam ciuilibus quam criminalibus agnoſcere debet. *arg. l. 19. §. fin. ff. de iudic.* Et quoniam in pago, cui praeſidet, neceſſarium quoddam domicilium habet, propter perſonalem ſuam dignitatem & neceſſariam eius in cauſis paganicis praeſentiam. *arg. l. 8. C. de incol.* hinc facile patet, iſtum pro pagenſi homine, non ciuitatenſi habendum eſſe, & idcirco Magiſtratui municipali, ad cuius praefecturam pagus forte refertur, non eſſe ſuppoſitum. *arg. l. 30. ff. ad municip.* Reliqua verba differentiam ſpecificam abſoluunt, quibus ab aliis praefecturae vel pagi miniſtris aut praeſidibus differt. Nimirum (1.) ab eo, qui Antiſtes plebis paganicae dicitur, Vorſteher der Gemeinde, qui ſub Sculteto eſſe reputatur, & ad ſcabinos iudicii paganici pertinet. (2.) A ludimagiſtris, qui, licet ſaepius iurisdictionibus ſe immiſcere ſoleant, & vices aduocatorum ſubire conentur eam tamen poteſtatem minime exercere poſſunt. Vid. Gothaiſche Landes-Ordn. *Part. II. cap. 20.* (3.) Denique ab ipſis praefectis, quippe qui iurisdictionalia tractant, & merum imperium exercent, cum Sultetis tantum actus quidam voluntariae iurisdictionis quandoque committantur.

THES.

THES. XIII.

Modos conferendi officium Sculteticum diuerſimode ſe habere, ex aliis munerum publicorum collationibus facile adparet. Confer. MYLER. *Hyparchol. cap. 2. & ſeqq.* Inter illos tamen maxime eminet *Conceſſio feudalis;* Qua iure feudi poteſtas & officium Sculteticum, mediante inueſtitura feudali, conceditur; De qua proinde, cum plura notatu digna occurrant, per modum Diſputationis academicae B. C. D. ita diſpiciemus, vt tradita prius definitione, per ſingula feudalis iuris capita progrediamur, inquirentes quid circa hoc feudum ſingulare inueniatur.

THES. XIV.

Conceſſionem hanc feudalem eſſe antiquiſſimam, indicat Gloſſa iuris Saxonici *in textu Landr. lib. I. art. 55.* ibi: Darum ſind zweyerley Richter, etliche ſind belehnte Richter, als Fürſten, Grafen, Schultheißen rc. Et diſerte in WEICHBILD. *art. 47. in fin.* haec leguntur verba: Der Schultheiße ſoll auch belehnt ſeyn mit des Gerichts rechten Lehn. Conſtat proinde, natales horum feudorum antiquiores eſſe corpore noſtro iuris feudalis, atque in Germania maxime fuiſſe cognita, vnde nullum in conſuetudinibus feudalibus Longobardicis de illis veſtigium deprehenditur. Quanquam enim in legibus Longobardicis allodialibus frequens Sculcetorum fiat mentio; tamen illud ex inſtituto Germanorum prouenit, cum conſtet ex migrationibus gentium, Longobardos etiam Germaniae fuiſſe populos, & cum Italiam intrantes ſpecialem ibi regiminis formam erexerint, morem hunc

Scul-

Digitized by Google

Scultetorum illos non recepiſſe, ex hiſtoriis iſtorum temporum facile deduci poteſt.

THES. XV.

Vocantur haec ipſa feuda germanico idiomate, die Schultzen- oder Richter-Güter, Mann-Lehn. RAVCHB. *Part. II. q. 21. n. 22.* CARPZ. *Part. II. Conſt. 45. def. 21. n. 4.* it. das Lehn Schultzen-Gericht. BRVN. *Cent. I. dec. 87.* It. antiquitus, Burg-Meiſter Lehn. it. Lehen zur Burger-Meiſterſchafft geliehen. Erat ſcil. hoc nomen generis, & feuda propter officia publica collata denotabat. Licet enim differentia ſit inter burgenſes, Burger, & ruſticos, vt proinde talia feuda diuerſa penitus inter ſe eſſe videantur; Attamen ſcite hoc dubium reſoluit SCHILT. *in Cod. Iur. Alem. ad Ius Feud. Alem. cap. vlt. §. 1.* vbi ait: *Hi igitur ſunt, quos hodie vocamus* Bürger, *oppidanos, ciues, qui villas maiores, oppida & vrbes incolunt. A quibus differunt ruſtici, qui villas minores, quas pagos hodie dicimus,* Dörffer, *inhabitant, & hos quidem in Saxonia appellamus* Bauern, *colonos, quod rus colant. Sed obſeruare licet, in Alemannia & ad Rhenum & hos vocari* Bürger, *& habere ſuos quoque Burgimagiſtros, quos Saxo vocat Bauermeiſteros & Scultetos.* Trahunt autem iſta feuda hanc appellationem non a perſonis feudum conſtituentibus vel acquirentibus, ſiquidem & nobiles talia feuda poſſidere poſſunt, ſed ipſa qualitas inueſtiturae & conditio feudi inſpicitur. Vid. HORN. *Iuriſprud. Feud. cap. 3. §. 22.*

THES. XVI.

Eſt ergo haec feudi ſpecies, definiente SCHILT. *l. cit. §. 2. Qua Dominus iurisdictionis aliquem ſubofficialem*

Digitized by Google

lem in aliqua villa ſibi conſtituit, & de hoc munere inueſtit. Sicuti enim alias non incongruum eſt, vt ſingularia quaedam feuda propter officia perſonalia concedantur, vti exemplum eſt in feudis Guardiae atque Gaſtaldiæ *1. F. 2.* BITSCH. *in Comment. Iur. Feud.* Ita quoque ad illas ſpecies hoc feudum Sculteticum referri poteſt. Et cum omnis iurisdictio certum aliquem diſtrictum praeſupponat, intra cuius territorium illa ſe exerat. *l. 239. §. 8. ff. de verb. ſignif.* ideo & Scultetica illa poteſtas ſuos fines ac limites habet; Et quidem olim diſtrictus ille, cui Scultetus praeſidebat, dicebatur Sculteria, Schuldtheißthum. Landr. *Lib. III. art. 52.* ibi: Und den Grafen ihre Schuldtheißtum. Erant enim ſub vno Comite plures interdum Sculteriae. Landr. *lib. III. art. 61.* Da das Schuldtheißthum oder Gericht inne liegt. Conf. GRYPHIAND. *de Weichb. Sax. cap. 64. n. 3.* Hodie limites huius Sculteriae poteſtatis ex litteris inueſtiturae vel conſuetudine regionis ſunt aeſtimandi, & plerumque pagum ſuum eique adiacentes partes, die Fluhr, non ſolet egredi. Neque ad vias publicas, licet per pagum tranſeuntes, conceſſam Sculteto iurisdictionem pertinere arbitramur. Quanquam enim cura & inſpectio viarum pagenſium etiam Sculteto ſimul ex generali officii ſui ratione incumbat, tamen res aliter ſe habet in iurisdictione conceſſa, quippe quae ſtricte in conceſſionibus regalium eſt interpretanda, cum iurisdictio in vias publicas, Principis reſeruatum cenſeatur. ZANGER. *de Except. Part. II. cap. 1. n. 241.* SIXTIN. *d. Regal. lib. II. cap. 2. n. 76.*

THES. XVII.

Patet ergo ex traditis, feuda illa Scultetica referri ad feuda impropria, quae in eo a communi feudorum natura recedunt, quod non dentur propter ſeruitia militaria, ſed propter officia paganica, cura magis ingenii, quam corporali miniſterio expedienda. SCHILT. *in Cod. Iur. Feud. Alem. ad cap. vlt. §. 1.* Sunt tamen vera omnino feuda, cum adſit inueſtitura tanquam formale feudi. *1. F. 25.* adeoque in reliquis cauſis ordinariam ſequuntur regulam, niſi lege, conſuetudine aut pacto ſingularitas quaedam probari queat, *arg. l. 27. C. d. teſtam.* eſt enim omnis feudi improprietas ſtricte interpretanda. FINCKELTH. *Diſp. feud. 2. Controv. 2.* Et quidem probatio haec illi incumbit, qui improprietatem aliquam allegat. ANTON. *Diſp. Feud. XV. th. 7.* Siue is feudum poſſideat, ſiue non, quia iuris contra iſtum militat praeſumtio. Referuntur porro hodie haec feuda ad feuda Amtſaſſia, quae non immediate a regimine vel cancellaria Principis dependent, ſed immediate ſubſunt praefectis loci. Vid. HORN. *Iurisprud. ſeud. cap. 4. §. vlt. in fin.* Etiamſi poſſeſſor illius feudi ſit nobilis, vel alias forum priuilegiatum coram principe agnoſcat; ſcil. in cauſis ipſam poſſeſſionem & qualitatem feudi concernentibus, ſiquidem ius Amtſaſſiatus & Schrifftſaſſiatus non a qualitate perſonarum, ſed conditione praediorum aeſtimatur. Conf. SCHILT. *Diſſert. de Schrifftſaſſ. per integr.* Nec proinde poſſeſſio huius feudi ſola ius tribuit poſſeſſori comparendi in diaetis prouincialibus, cum in nullo illarum ſcamno ſedes ipſi ſit aſſignata. Niſi forte in illis locis, vbi etiam pagorum communitates

Digitized by Google

nitates inter Status prouinciales extant. Conf. SCHWED. *Introduct. ad Ius Publ. Part. Spec. Sect. II. cap. 13. n. 17.*

THES. XVIII.

Atque olim quidem feuda Scultetiae ab ipſo Imperatore collata fuiſſe, docet textus in Landr. *Lib. III. art. 52.* ibi. Der Keiſer mag aber in allen Landen nicht geſein, noch auch alle Ungericht richten zu aller Zeit, und darum ſo leihet er denen Fürſten Fahnen-Lehn, und Graffſchafften, und denen Graffen Schuldtheißthum, daß ſie und die Schuldtheißen mögen fort richten an ſeiner Statt. Quod tamen ita accipiendum, Imperatorem non ipſum Scultetos nominaſſe, ſed ius hoc per inueſtituram contuliſſe Comitibus, qui dein pro vſu temporum ac qualitate negotiorum, ſuos ſibi inferiores elegerint iudices, per quos Scultetiis ſibi collatis prouiderent. Add. Landr. *Lib. III. art. 61.* Facile autem patet, hunc textum ad tempora Carolingica eſſe referendum, cum Imperatoris mentionem faciat; licet enim ipſa diſtributio pagorum ſi antiquior, & iudicum quoque in Germania poteſtas ante Carolum M. obtinuerit, credibile tamen eſt, antiquioribus temporibus iudicia per Epiſcopos tractata fuiſſe, quae deinde mutata regiminis forma ad Imperatores Germanicos tranſierit, & ideo in compilatione iuris Saxonici ita fuerit expreſſum, quippe quae longe poſt Carolum cenſetur facta. CONRING. *de orig. Iur. Germ. cap. 30.*

THES. XIX.

Hodie quilibet Princeps territorii ex communicato iure maieſtatico talia feuda concedere poteſt.

Digitized by Google

His concordat textus Weich. *art. 47. in fine.* ibi. Der Schuldtheiß ſoll auch belehnt ſeyn mit des Gerichts rechten Lehn, er ſoll auch den Bann haben von des Landes Herrn. Per vocabulum autem banni hic intelligitur iurisdictio, & correſpondet mixto imperio. Confer. KNICHEN. *de Iur. Superiorit. cap. 4. n. 60. & ſeqq.* Obligat vero talis feudi collatio non tantum Principem, vt id ſine cauſſa illud reuocare non poſſit. STRYK. *Exam. Iur. Feud. cap. 22. quaeſt. 14.* ſed & eius ſucceſſorem. Licet enim alias feuda intuitu officii conceſſa non tantum morte vaſalli, ſed etiam morte concedentis expirent. ROSENTHAL. *Syn. feud. cap. 2. concluſ. 69.* attamen hoc reſtringendum eſt ad feuda mere perſonalia, qualia haec non ſunt, cum ſimul iuris alicuius realis in certum Scultetiae diſtrictum competentis exercitium comprehendant, & plerumque titulo oneroſo ſoleant acquiri, quales contractus etiam ſucceſſorem Principis obligant. *arg. L. 4. Cod. d. LL.* Qualis vero poteſtas per illam conceſſionem feudalem collata ſit, an ſcil. quaedam iurisdictionis ſpecies? an tantum officium aliquod paganicum? partim ex litteris inueſtiturae, partim ex natura & qualitate anterioris conceſſionis erit dignoſcendum. *arg. 11. F. 12.* STRUV. *Synt. Iur. feud. cap. 1. th. 11.*

THES. XX.

Imo iuxta praxin hodiernam non tantum Princeps, ſed etiam Nobilis, aut alius cum mero ac mixto Imperio in pago infeudatus, Scultetos ac iudices paganicos conſtituere poteſt, per quos actus iurisdictionis vel alia officia exerceat. GOEDEN. *Conſ. 39. n. 21.*

Nec

Digitized by Google

Nec interdictum ipſi cenſemus, quo minus iure feudi illam poteſtatem in alterum transferat, quatenus per hoc domino directo ac territoriali nullum adfertur praeiudicium. COLER. *de Proc. Exec. Part. II. cap. 1. n. 132.* Vnde etiam eſt, quod talis Scultetus non indefinitam & abſolutam habeat poteſtatem, ſed dependentem a ſuperiore, cuius proinde Ordinationes pagenſes confirmatas obſeruare, eiusque iura ſimul tueri tenetur. *II. Feud. 55. in fin.* ita multo magis hoc in conceſſione iſta ſcultetica obtinere debebit.

THES. XXI.

Subiectum cui hoc feudum ſculteticum conferri poſſit, habile ſit neceſſe eſt, vt ſcil. nec natura, nec legibus officio ac poteſtate conceſſa fungi prohibeatur. Adhibendum praeterea hac in re eſt iudicium aliquod politicum, vt talis conſtituatur, per quem publicae cauſſae bene proſpectum eſſe poſſit. Praeterquam enim quod pietas, morum & vitae integritas, fides, prudentia & peritia legendi ac ſcribendi, necnon rerum oeconomicarum ſolertia in eo deſideretur, etiam ſingulariter obſeruandum, nec nimis diues, nec nimis pauper atque inops huic officio admoueatur, quoniam poſterius contemtum parit & auctoritati detrahit, prius autem damno eſt vniuerſitati, propter immunitates der Dienſte auch wohl *Contributions-* und Einquartierungs-Freyheit, quae ratione officii huic competunt, adeoque ſi multis poſſeſſionibus gauderet, id in collectis & oneribus publicis reliquorum ratas nimium grauaret. Optimum ergo duco, ſi mediae fortunae ac facultatis homines deligantur, modo ſufficientem cautionem

 bonis

bonis ſuis praeſtare queant, propter pecunias publicas, quarum exactiones & rationes quaerunt. Confer. HEESER. *de Rat. redd. loc. 1. n. 9. & ſeqq.*

THES. XXII.

Licet autem talia feuda proprie ad ignobilia referantur, SCHNEIDEW. *de Feud. Part. I. n. 34.* attamen & nobiles ſine detrimento nobilitatis eiusmodi feuda recte poſſunt recipere & poſſidere. SCHILT. *ad Ius Feud. Alem. Rubr. §. 18.* nec tamen ſub hoc praetextu eximuntur a communibus oneribus. Inde Statutis nonnullorum locorum Nobiles a poſſeſſione horum feudorum arcentur. Quo pertinet mandatum D. Iohannis Georgii Electoris Saxon. *de dat. Dresdae die 25. April. 1623.* prohibens, ne in praefecturis feuda ruſtica vel alia bona ruſticorum, der Bauren Zinß- dienſtbar- und Erb- wie auch Mann-Lehn-Güther Nobilibus, immo nec ciuici ordinis hominibus vendantur, ſed vt illa tantum in villicos transferantur iubens. HORN. *Iurisprud. feud. cap. 3. §. 22.*

THES. XXIII.

Videmus hinc officia iſta feudo cohaerentia plerumque a ruſticanae ſortis hominibus detineri, iisue frequentius demandari, qui eiusdem ſunt pagi, iuxta *th. 12.* At num inuitus quis cogi poſſit, ad munus illud vel inueſtituram feudi recipiendam? non inutiliter quaeri poſſit. Quod omnino affirmandum cenſemus, ſi alias idoneus ſit huic officio deputatus; Eſt enim id munus publicum, quod quisque ex vniuerſitate, pro commodis, de quibus participat, ſuſcipere obligatus eſt: *arg. Nov. 15. cap. 1. Add. l. 2.*

Cod.

Digitized by Google

Cod. d. defenſ. Civit. Imo, cum vniuerſitati melius per hominem ex ipſa vniuerſitate proſpectum eſſe credatur, quam per extraneum, ipſa non ſolum ratio, ſed & iuſtitia diſtributiua vicaneum extraneo in collatione iſtius muneris praeferri iubet. Conf. CARPZ. *Part. III. Conſt. 28. def. 5.*

THES. XXIV.

Ad modum conferendi & acquirendi talia feuda quod attinet, eſt ille aliis feudi ſpeciebus communis, & fit per inueſtituram, iuxta *I. F. 25.* Hoc tamen praecipue notandum, quod collatio & inueſtitura huius feudi ſine *clypeo militari* antiquitus fuerit facta, prout notat Ius Feudale *Alem. cap. ult.* ibi: Lehen zu Burgmeiſterſchafft geliehen, erbet an eines Burgmeiſters Sohn, jedoch ſo darbet er des Burgſchiltes. i. e. *Feudum ad Burgimagiſtrum collatum transmittitur per ſucceſſionem in Burgimagiſtri filium, ſed caret hic clypeo militari.* Reſpicit ſcil. hic textus ad antiquum illum ritum, quo clypeis inſignia cuiusque nobilis depingi fuerint ſolita, atque in actu inueſtiturae tanquam ſymbola quaedam tradita fuerint vaſallis, id quod *donum inueſtiturae* appellatur. *II. F. 27. §. 2.* Conf. ALTESERRA *de Orig. feud. cap. 7.* Cum ergo noſtra feuda Scultetica nobilitatem non haberent adnexam, inde ſimplici inueſtitura conferebantur ſine talibus nobilitatis inſignibus.

THES. XXV.

Sed num etiam praeſcriptione talia feuda acquiri poſſint? hic nobis eſt inquirendum. Et quidem praeſcriptionem eſſe modum legitimum acquirendi

rendi feudum, patet ex *II. F. 26. §. 30.* ſiquidem per illam ex praeſumta quadam & tacite interueniente inueſtitura ius feudi conſtituitur & nexus feudalis reciprocus inter dominum & vaſallum inducitur. STRYCK. *Exam. Iur. Feud. Cap. XI. qu. 14.* Idemque de feudis etiam Sculteticis aſſerendum eſſe cenſemus, ſi nimirum adſint requiſita ad praeſcriptionem feudalem ſufficientia. Requiritur ergo (1) poſſeſſio, cum ſine poſſeſſione nulla currat praeſcriptio *l. 20. ff. d. Vſucap.* Nec tamen qualiscunque poſſeſſio praeſcriptionem hanc fundat, ſed qualificata ac feudalis, vt quis iure feudi talem poteſtatem Sculteticam exerceat, ſecus ſi iure allodii tantum poſſideat, tanquam ius aliquod allodiale. (2.) Vt ſit poſſeſſor in b. f. conſtitutus *cap. fin. X. d. praeſcript.* (3.) Vt habeat titulum ſuae poſſeſſionis iuſtum, ſcil. vel verum per inueſtituram licet a falſo procuratore domini factam, vel praeſumtum ex exercitio & lapſu temporis, quo tacita quaedam domini parientis conceſſio inducitur. ANTON. *Diſp. feud. 5. th. 3.* (4.) Denique vt per tempus legitimum poſſeſſio ſine vitio fuerit quiete continuata, per ſpacium ſcil. triginta annorum, vtpote quae ordinaria eſt iuris feudalis praeſcriptio. Conf. STRUV. *Synt. Iur. feud. Cap. 8. th. 12. & ſeqq.*

THES. XXVI.

Feudum ita legitime conſtitutum atque adquiſitum, ordinariam ſequitur feudorum naturam, exceptis iis, in quibus ſingularis exceptio aut conditio feudi doceri poteſt. Vnde etiam in Ordinationibus feudalibus ſub appellatione feudorum communi continetur, & iisdem cenſetur iuribus, niſi dari

poſſit

poſſit differentiae ratio STRYCK. *Exam. Iur. Feud. Cap.3. qu.2.* Ex eadem ratione fluere arbitror, quod inueſtitus cum tali feudo etiam inter Pares Curiae ſit numerandus, qui in formando iudicio feudali recte interuenire poteſt, quia iuri vaſallagii hoc cenſetur adnexum & non incommode inter effectus ac fructus eius refertur. Niſi tamen conditio vaſalli obſtet, ſi v. g. ruſtico inueſtitura illius collata fuerit.

THES. XXVII.

Licet vero feuda alias ratione officii conceſſa ad heredes non perueniant. *II.f.10.* LUDVVELL *de feud. pag.88.* Eſt tamen ſingulare in hoc feudo, quod iure peculiari ad liberos transmittatur, vti habet textus veteris *Iur. Alem. cap. vlt.* ibi: Lehen zur Burgermeiſterſchafft geliehen erbet an eines Burgemeiſters Sohn, iedoch ſo darbet er des Burgſchildes und volgt damit en einen andern Herrn, id eſt, vt verſio Latina habet: Feudum ad Burgimagiſterium collatum transmittitur per ſucceſſionem in burgimagiſtri filium: ſed caret hic clypeo militari & ſequitur alium quoque dominum. Et explicat hoc plenius adhuc Ius Saxonicum *cap.41. §.9.* ibi: *Feudum in villa ad Scultetiam collatum haeredat Scultetus in ſuum filium, quamuis careat ſcuto bellico, & ſequitur ipſum ad alium dominum, & non poteſt illud alteri conferri &c.* Patet autem ex dictis verbis, feudum illud iure feudi mixti deferri, quod nimirum ſucceſſionem allodialem ſimul adnexam habeat, iuxta *II.f.45.*

D THES.

THES. XXVIII.

Et quanquam de iure communi feudali ius ſuccedendi in feudis, liberis atque deſcendentibus primi acquirentis, qui legitimum ſanguinem ab illo trahunt, aequaliter deferatur, ſi feudum alias ſit diuiduum *II.f.55.* STRYCK. *Exam. feud. cap.15. qu.25.* De conſuetudine tamen in pluribus Electoratus Saxoniae locis hic mos inoleuit, vt mortuo patre tale feudum ruſticum ac Sculteticum pro certo pretio vni tantum filiorum aſſignetur, & quidem vt plurimum natu minori, qui ius eligendi ſiue optandi alias de Iure Sax. habet, isque ſolus de illo inueſtiri ſoleat RAVCHB. *Part. II. qu.21. n.32.* Eandemque conſuetudinem etiam iure marchico obtinere, tradit. BRVNN. *Cent. I. dec. 87.* ubi tamen hanc ipſam conſuetudinem ita temperandam cenſet, ſi filius minor ſit habilis, alias enim maiori natu feudum tale relinquendum eſſe, reſponſum fuiſſe teſtatur. Eſt autem conſuetudo haec ab allegante eam ſpeciatim probanda, & quidem quod obtineat in illo loco, vbi feudum eſt ſitum, cum enim ſucceſſio feudalis ipſam rem concernat, facile patet, ad iura rei ſitae reſpiciendum eſſe. *Vid.* ITTER. *d. feud. Imp. cap. 2. §. 2. in fin.* Atque haec conſuetudo optima ratione fundatur, cum ipſum officium Sculteticum indiuiduum cenſeatur, & melius per vnum expediri queat.

THES. XII.

Obtinet haec deſcendentium ſucceſſio in feudis

dis Sculteticis in infinitum. Quanquam enim iure antiquo feuda non ultra quartum gradum deuoluerentur, vti conſtat ex *I. f. 8.* Tamen hoc non ſolum iure communi per Conſtitutionem Lotharii & Conradi Imperatorum eſt mutatum, iuxta *I. f. 1. §. 4.* ſed etiam in ſpecie iſta iuris veteris diſpoſitio circa feuda Scultetica antiquitus non obtinuit, cuius teſtimonium luculentiſſimum praebet textus Landr. *Lib. III. art. 52.* ibi: Uber die vierdte Hand in Herr-Schildt von den König niederwerts ſoll kein Lehen kommen, da ein Gericht ſey über Hals und Hand, ohne das Schuldtheißthumb, allein in der Graffſchafft, durch das, daß kein Graffe mag ein recht Ding halten ohne ſeinen Schultheißen, id eſt, vt vertit gloſſa: Feudum ſiue iurisdictio feudalis, per quam aliquis in vita aut manu condemnetur, in quartam perſonam non confertur, excepta praefectura, id eſt Sculteтia in Comitatu: Iudex enim absque Praefecto id eſt Sculteto legitimum iudicium habere minime poteſt. Licet vero hunc textum gloſſator velit interpretari de collatione feudi Sculteтici, quod non niſi ab ipſo Imperatore vel qui quarto dignitatis gradu ab eodem diſtat, conferri poſſit, tamen obſtat textus Langr. *Lib. I. art. 55. 58. 59.* ubi etiam Gograefiis ex inueſtitura tale ius iudicandi competere dicitur, qui tamen infra quartum illum dignitatis gradum ſunt conſtituti. Vt proinde non incommode textus de ſucceſſione in feudis Sculteticis explicari poſſe videatur, maxime cum ius antiquum Longobardicum concordet. Ratio vero quare a regula iuris communis feuda Scultetica potiſſimum ſint excepta, videtur eſſe haec, quod interſit vniuerſitati manere officium & poteſta-

 tem

tem Sculteticam penes primi inueſtiti haeredes, vtpote cum ita facilius iurium & conſuetudinum in iudicando cognitio propagari & quaſi per manus tradi poſſe videatur, maxime cum potiſſima iurium antiquorum pars magis in iudicandi peritia & caſuum ciuilium experientia fuerit poſita, quam in legibus ſpeciatim publice latis.

THES. XXX.

Porro licet alias proximis agnatis a primo acquirente ſanguinem trahentibus non poſſit ſimultanea inueſtitura denegari in feudo per diuiſionem vni aſſignato, cum illi ex pacto & inueſtitura primi acquirentis ius aliquod quaeſitum habeant, quod ipſis iure communi per diuiſionem feudi non interit. STRUV. *Synt. feud. cap. 16. th. 3.* Attamen in feudis his per conſuetudinem hoc ſingulare obtinet, quod dominus fratribus inueſtiti aut aliis eius agnatis ſimultaneam inueſtituram concedere non teneatur. Cuius differentiae rationem hanc aſſignat RAVCHB. *Part. II. quaeſt. 21. num. 33.* quod nobiles fratres vel agnati pecuniam ab emtore acceptam plerumque ex pacto vel feudalem efficere, vel in emtionem alterius feudi collocare teneantur. *Conſtitut. Elector. 80. Part. 3.* GODEN. *Conſ. 18.* BORCHOLT. *de feud. cap. 6. n 14.* Et ideo, vt aequiualens quoddam habeant, ſimultanea inueſtitura ipſis viciſſim in facta feudi diuiſione datur. Id tamen non fieri notat idem RAVCHB. *l. cit.* in feudis his ruſticis, ſiquidem poſſeſſores harum libe-

liberiorem haberent diſponendi poteſtatem, neque reliquis ius ita radicatum in illis competit.

THES. XXXI.

Cum ergo Iure Sax. ſine inueſtitura nulla detur in feudis ſucceſſio. BERLICH. *Part. II. Concluſ. 53. n. 20. & ſeqq.* Inde facile patet, quod in feudis his, etiamſi a maioribus deſcendant fratres aut reliqui collaterales agnati nequeunt ſuccedere. RAVCHB. *Part. II. qu. 21. n. 33.* Et quanquam nonnulli contrarium velint, quod ſc. hoc caſu collateralibus etiam non inueſtitis deferenda ſit ſucceſſio; ac proin diſpoſitio iuris communis feudalis ſit obſeruanda, quippe quod ſolam tantum deſcendentiam & agnationem habilitatemque feudalem deſiderat VVLTEI. de *feud. Lib. I. cap. 7. num. 81.* nimirum quod diſpoſitio illa Iuris Saxonici non videatur pertinere ad feuda illa ignobilia; tamen conſuetudine contraria opinio eſt confirmata, vt idem teſtatur RAVCHB. *l. cit.*

THES. XXXII.

Quanquam ergo iuxta locorum conſuetudines, feudum illud Sculteticum vni liberorum ſoleat aſſignari, is tamen reliquis coheredibus certam pecuniae ſummam retribuere tenetur, prout ſcilicet quantitas illius vel ſpeciali partium conuentione, vel conſuetudine aut ſtatutis regionis fuerit determinata.

Digitized by Google

Idcirco quaeritur: ſi feudum tale hoc pacto in vnum ex fratribus fuerit translatum, vt hi pecuniam eo nomine exſolutam etiam in comparationem feudi alicuius impendant, annon eo caſu collaterales ſi multaneam inueſtituram impetrare poſſint? Affirmat id RAUCHB. *l. cit. n.34.*

THES. XXXIII.

Fructus huius feudi Sculterici per inueſtituram aut ſucceſſionem quaeſiti, conſiſtunt in vſu & exercitio collatae poteſtatis, quae tamen in omnibus non eſt eadem, ſiquidem illa ex literis inueſtiturae vti conſuetudine loci aut ex ordinationibus prouincialibus eſt aeſtimanda. Et generatim differentia facienda eſt inter bannum ſiue iurisdictionem Sculteti, atque officium Sculteticum, vti hoc diſcrimen ſatis luculenter indicat Weichbild. *art. 11. in fin.* ibi: **Denn der Schultheiß hat den Bann von den Grafen, und das Schultheiß-Ampt von den Landes Herrn.** STRYCK. *Vſ. Mod. Pand. tit. de Iurisd. th.9.* BRVNN. *Cent. IV. dec. 81.*

THES. XXXIV.

Cum vero plerique iam officii ac poteſtatis Sculteticae effectus in Diſſertatione quadam olim ſub Praeſidio D. IOH. CHRISTOPH. HARTUNGII Ienae anno 1684. habita ſint enumerati, ideo hic illorum tantum mentionem faciemus, qui ibidem ſunt omiſſi

vel

vel non ſatis declarati. Exercet autem hanc ipſam poteſtatem Sculteтus vel ſolus, vel adhibito conſilio Antiſtitum, der Aelteſten und Vorſteher von der Gemeine, vel adhibito iudicio Scabinorum rurenſium, der Dorff-Schöppen und Beyſitzer. Atque in his poſterioribus actibus, quos cum conſilio Seniorum atque antiſtitum expedire ſolet, Scultetus ſecundum pluralitatem votorum concluſum facere debet, nec ipſe votum aliquod peculiare deciſiuum habet, ſed tanquam vnus ex vniuerſitate. *arg. l. 36. l. 39. ff. de re Iudic.*

THES. XXXV.

Ad iſtos proinde actus pertinet (1.) ius conuocandi vniuerſitatem, ſi communis neceſſitas, exigat id & ius proponendi den Vertrag zu thun, v. g. in conſtituendo Syndico vel Actore vniuerſitatis *arg. l. 2. C. d. Decur. l. 19. ff. ad municip.* (2.) ius exigendi collationes parochiales, quae paſtori cuiusque pagi a parochianis pendi debent. Vti eſt in Conſtit. Elector. Saxon. Auguſti *de anno 1580. art. 24.* ibi: Uber den jährlichen Opffer-Pfennig, dem Pfarrer 18. Pf. und dem Glöckner 6. Pf. jährlich zu geben; und ihnen der Richter oder Schultze jedes Orts ſolch Einkommen benebenſt dem Opffer-Pfennig fleißig einmahnen und treulich zu überantworten ſchuldig ſeyn. (3.) Incumbit officio Sculteti honeſtatem publicam atque diſciplinam obſeruare, ſi ſeditiones, turbae ac tumultus oriantur, aut alia flagitia etiam a Paſtoribus et Ludimoderatriobus perpetrentur, atque pro viribus eadem compeſcere

peſcere, wie denn die Schultzen den erſten Angriff, ohnerwartet eines ſonderbahren Ampts-Befehls, etiam contra peregrinos ſuſpectos v. g. de falſa moneta, quam forte in cauponis expendunt &c. durch den Dorff-Knecht zu veranſtalten haben.

THES. XXXVI.

Vtile praeterea eſt vt ſimul Sculteti iura principis tueantur. SECKENDORF. Fürſten-Staat *Part. II. cap. 10. n. 12.* ibi. Und weil demnach der Oerter des Landes viel ſind, in deren wenigſten die Obrigkeiten und dero Beambten wohnen; ſo iſts ſehr nützlich, wenn auch die Schultheißen der Dörffer dahin verpflichtet werden, daß ſie auf gewiſſe nothwendige Dinge, was bey ihren Nachbarn vorgehet, Aufſicht haben, theils ſelbſt an- und abzuſchaffen, das vornehmſte aber an ihre Obrigkeit und Vorgeſetzte berichten müſſen. Atque idcirco curam gerere debent Sculteti, quantum in ipſis eſt, ne domino territorii quicquam detrahatur aut decedat ratióne territorii, regalium, dignitatis, honorum &c. Idque eo magis ſi officium tale iure feudi poſſideant, vbi praeter communem officii rationem, ex ſpeciali fidei vaſalliticae nexu ad hoc obligantur iuxta *II. P. 6. 7.* Quo ſpectat inſpectio ac cura vindemialis Principum in pagis; It. ius arreſtandi lignum flotatum, das Floß-Holtz zu arreſtiren, ſi flotum rupto aggere tranſierit.

THES.

THES. XXXVII.

Pertinet praeter haec ad officia Sculteticа, curare campos, prata, ſyluas caeduas, ſicubi ſint in bonis vniuerſitatis, daß die Felder und Wieſen zu rechter Zeit geſchloßen und auffgethan; die Hauungen vor dem e. g. vierten Laube, nicht betrieben werden, pro diuerſitate frugum, quamdiu ſcil. fruges ſunt loliis repurgandae, wie lange in denen Winter- und wie lange in denen Sommer-Früchten zu graßen. Vbi ratione des Graſſens quaeſtio haud ſemel mota: Ob, wenn die Felder geſchloſſen, und in denen Stücken zu graßen verbothen, nicht erlaubet ſey, in denen Seinigen zu graßen? Ratio dubitandi eſſe poterit, quod ex naturali iure dominii, cuilibet permiſſum ſit, lolium eradicare & ſegetem ſuam repurgare: Verum negatiua ſententia verior eſt, atque in eo fundatur, quod ita fraudibus & damnis occurratur, nec indulgeatur malitiis, quoniam plerumque loco loliorum corbes replentur ſegete reſecta. Vnde recte ſedula hac in re Sculteto habenda erit inſpectio, ac proinde merito eidem conuenit, coërcere temeratores harum rerum, ac circa easdem introductae conſuetudinis vel etiam Statuti curam gerere: eſt enim moribus receptum, daß die Feldgebrechen in Graßen, Hüten und Anlauffen des Viehes, propter negligentiam opilionis, bubulci &c. angeſchnitten, und bey dem Hegemahl oder Heymahl beſtrafft werden.

THES. XXXVIII.

Ad illud refertur praeterea (1.) Ius praeſentandi cuſtodem eccleſiae ex adſenſu & conſilio

Antiſtitum atque Seniorum vniuerſitatis, vti eſt in Ordinatione Conſiſtoriali Saxon. Elect. *art.* 37. ibi: Es ſollen die Kirchner oder Glöckner von Richter, Kirchväter und Aelteſten &c. Vnde etiam (2.) in vocationibus miniſtrorum ſcholaſticorum primae illorum ſolent eſſe partes, atque idcirco in literis vocationum ſaepiſſime illa formula legitur: Wir Schultheiß, Vorſteherе, Aelteſten und gantze Gemeinde entbiethen Euch &c. Porro ſpectatur illorum adſenſus in determinandis ſalariis, ſi quando ſenibus atque emeritis alii vel adiungantur vel ſubſtituantur. Praeterea in viſitationibus ſcholarum paganicarum ipſi cúm paſtore loci ſolent adeſſe. Conf. FRITSCH. *de Iur. viſit. cap.* 5.

THES. XXXIX.

Ex negotiis ſecularem ac politicam poteſtatem ſpectantibus huc pertinet (1.) Ius conficiendi Statuta atque Ordinationes pagenſes, ex communi vniuerſitatis conſenſu, Dorff-Ordnungen und Vereinigungen zu machen, de qua eſt textus Landr. *Lib. II. art.* 55. ibi: Was der Baurmeiſter umb des Dorffs frommen willen ſetzet, oder mit Verwilligung der meiſten Menge der Bauren ſchaffet, das mag das minder Theil nicht widerſprechen, id eſt, vt vertit Gloſſa: *Quicquid Scultetus cum maioris partis conſenſu paganorum ordinaverit vtilitatis, huic a minori parte contradici non poterit.* (2.) Ius conſtituendi iudicium paganicum, das Schultzen-Gericht zu *formi*ren, hoc enim Scultetus

Digitized by Google

tus non poteſt repraeſentare, ſed debet habere ſuos aſſeſſores ſeu Scabinos. (3) Ius habendi Actuarium & conficiendi acta publica, in iis ſcil. locis, vbi iurisdictio etiam Sculteتis eſt conceſſa, *arg. l. 2. C. de magiſtrat. municip.* Atque idcirco Regeſtra paganica atque Archiuum, ſ. locus iudicii, in quo iſta ſeruantur, publicam merentur fidem, ſiue fiat aſſeruatio in loco ſacro, ſcil. templo, ſiue loco profano, in Schultzen-Gericht. STRYCK. *de Caut. Teſtam. cap. 13. §. 23.* Nec tamen neceſſe eſſe, vt per ſpecialem Actuarium res expediantur, ſed etiam per paſtorem loci hoc munus recte exerceri poſſe, quatenus is per hoc a cultu ſacrorum non diſtrahitur, notat TABOR. *de Teſtam. Princip. Oblat. cap. 5. th. 6.* In quibus vero locis paſtores talem iurisdictionem non habent conceſſam, ibi acta publica in ſpecie ita dicta conficere nequeunt; ratione tamen officii ſcripta atteſtata fidem eisdem aequalem habent. Conf. FINCKELTH. *Obſ. 75. n. 7. & ſeqq.*

THES. XL.

Poſſunt (4) coram his actus voluntariae iurisdictionis exerceri, quemadmodum & Emancipatio, iuxta Gloſſam *in textum Landr. Lib. I. art. 13.* apud iudices eiusmodi rurales recte fit. BERLICH. *Part. I. dec. 93. n. 7.* Quatenus teſtamenti, hypothecae ac donationis inſinuatio coram iudicio iſto paganico fieri valide poſſit, in Diſput. ſupra laudata ſatis eſt diſcuſſum, & praeterea conferri poteſt STRYCK.

de Caut. Teſtam. cap.13. §.24. MEV. *ad Ius Lub. Part. II. tit. 1. art. 2. n.122.* CARPZ. *Part. III. Conſt. 3. def. 14. 21.* RICHT. *dec. 30. n. 32.* ECKOLT. *ad Pand. tit. qu. teſtam. fac. poſſ. §. 8.*

THES. XLI.

Circa actus contentioſae iurisdictionis hic notari meretur (1.) ius cognoſcendi de ſeruis fugitiuis, vti habent Leges Longobard. *Lib. I. t. 25. l. 50.* ibi: *De ſeruo fugace aut aduena homine ſi in alia iudiciaria inuentus fuerit, tunc decanus aut ſaltarius, qui in loco ordinatus fuerit, comprehendere eum debeat, atque ad Sculdaſium ſuum perducat.* Conf. SAGITTAR. *Antiqu. Thuring. Lib. IV. cap. 11. §. 2.* (2.) Habebant antiquitus Sculdeſii plerumque executionem in cauſis ciuilibus, & ius capiendi pignora ex rebus bonisque condemnati. Leg. Longob. *Lib. II. tit. 21. l. 9.* Necnon (3.) ius multandi in delictis leuioribus, v. g. in caſu furti infra tres ſolidos. Landr. *Lib. II. art. 13.* item ſi quis plus licito columbarum aluerit. PINGITZ. *Quaeſt. Sax. 56. n. 9.* Conf. Landr. *Lib. III. art. 63. 64.* COLER. *de Proc. Exec. Part. 2. cap. 1. n. 133.* Poteſt etiam recte Scultetus in cauſis iudicialibus contra paganum teſtari, vti decidit textus Landr. *Lib. I. art. 13.* ibi: **Der Baurmeiſter mag wohl Gezeuge seyn über den Bauren binnen ſein Gericht an des Richters Statt.** Vel, vt explicat verſio latina: *Scultetus etiam contra ſuum paganum in huiusmodi cauſa vice iudicis teſtificetur.*

THES.

THES. LXII.

Hi ergo potiſſimi fuerunt iuris atque officii Sculteteci fructus, qui tamen pro locorum diuerſitate plurimum variant. Reliqua, quae circa feudum Sculteticum monenda occurrere poſſunt, ex iure communi ſunt petenda, & applicanda. Ex quibus tamen ſingulare adhuc (1.) circa ſubinfeudationem reperitur; Quod, licet alias de iure communi feudali, vaſallo interdictum non ſit, vel partem feudi, vel etiam totum feudum in ſubfeudum alteri concedere, per textum *II. F. 9.* STRUV. *Synt. feud. cap. 12. th. 9.* Attamen feudum hoc Sculteticum a vaſallo in ſubfeudum dari nequeat, quippe quod ratione officii collatum, & perſonae induſtria electa cenſetur, ceu notat textus *Iuris Feud. Alem. cap. vlt.* ibi: Lehen zu Bürgermeiſterſchafft geliehen, erbet an eines Bürgmeiſters Sohn. Er mag aber das Güts nit hin geliehen, er mag auch keinen Herren verſprechen, wie nieder er iſt, daß iſt davon, daß er der Heerſchildes darbet. i. e. *Feudum ad burgimagiſterium collocatum transmittitur per ſucceſſionem in burgimagiſtri filium. Non valet vero de feudo hoc ſubinfeudare, nec dominum vllum reprobare poteſt, ne minimum, quia caret clypeo militari.* (2.) Singulare hic eſt, quod licet alias feuda intuitu officiorum conceſſa, more quoque concedentis expirent. *II. F. 10.* ROSENTH. *de feud. Cap. 2. Concluſ. 75.* hoc tamen feudum retineatur, licet in perſona domini mutatio contigerit. SCHILT. *ad Ius Feud. Alem. cap. vlt. §. 2.* Memoratur denique (3.) hoc ſpeciale, quod, licet alias vaſallus debito tempore intra annum & diem non pe-

tens renouationem inueſtiturae, feloniam committat, & propterea feudo privari queat. *II. F. 24.* nec de iure communi quicquam in hac parte remiſſum inueniatur, aſſerente STRYCK. *Exam. Iur. feud. cap. 17. qu. 18.* Moribus tamen, praeſertim in Saxonia, illud de his feudis tam ſtricte exigi non ſoleat, ſed contra lapſum fatalis reſtitutio detur, teſte CARPZ. *Part. II. Conſt. 45. def. 21.* HORN. *Iurispr. feud. cap. 17. th. 18.*

TANTVM

S. D. G.

A11147 0326

Digitized by Google

Digitized by Google